

quaquam sibi opponi, ac propriea simul veras esse posse: partes hujus spherae realiter distant: inter partes hujus spherae non intercedit distantia realis: quod quamquam ex sch. citatis manifestum sit, tamen rursus illustrare juvat. Cum duo parietes coexistant, necesse est, ut certo quadam, et reali modo sibi coexistent: hic modus realis alius est, quando inter ipsos nihil reale existit, nec existere potest; et alius, ac diversus, quando inter eos aliquid reale vel actu ponitur, vel saltem, iiii nempe immotis, ponit potest: prior efficit, ut denominentur contigui: posterior, ut distantes dicantur, et quia uteisque modus realis est, parietes si vel se realiter contingunt, vel a se realiter distant. Jam vero patet ex his, nihil potest admodum, qui efficit, ut parietes coexistentes dicantur distantes, seu actu aliquid inter ipsos interjaceat, seu non, modo aliquid interjaceret illis immotis possit: semper enim manifestum idem modus realis, et omnino diversus ab illo, qui eos denominat contigui: ex quo uteiusque sequitur, posse parietes vere, ac realiter distare, tametsi eos inter non sit realis distantia: modo sit abstracta, seu vacua; nam idem modus coexistenti realis perserat in parietibus annihilato omni corpore intermedio, qui ante fuit: quique eos distantes denominavit, ponitur quippe actio divina solum in corpora interposita, non autem in parietes tendere. Atque inde colliges, distantes non esse modum extensionis, quo vocabulo Cartesius corpus intelligit: sed esse relationem orundam ex duorum corporum, vel aliorum entium sibi coexistentium: ac proinde non posse quidem esse sine corporibus sibi coexistentibus, posse tamen esse sine corpore inter duo coexistentia acti interposito.

3.) Si dicta in hypothesi (*Ibid.*) spherae latera sibi non essent contigua, nihilum, quod intercederet, foret extensum: sed nihilum nullum est: ergo necesse est, ut in sphera annihilata omni corpore medio latera cocant, et sibi contigua efficiantur.

R. Nihil nullum esse extensionem positivam, et propriis terminis constrictam, esse tamen extensionem negativam, et alienis terminis mensurandam. Nimis in ejusmodi sphera illud nihilum contentum catenus foret extensum, quatenus aliquod extensum reale, sive ordine simultaneorum tantas magnitudinis illuc locari posset, et termini, quibus illud nihilum concluderetur, non essent proprii ipsius nihilum, sed essent ipsa spherae latera. Pertinet huc ea, quae dicta sunt (*§. 197. schi. 1. n. 1. et 2.*). Sume paritatem ab umbra, quae nihil positivi est, et tamen extensa, magna, parva diciatur, comparem nihilum ad terminos alienos corporum circum positionum, quibus concluditur: vide Mongilia (*Dissert. contra materialist. t. 2. p. 3. 2. 1. §. 8.*). Ceterum est aliquod inter nihilum, et vacuum discrimen, quod negligere had oportet, cum nihilum cogitamus, nullas res menti nostrae obicit, praeter absentiam omnis rei; at vero cum vacuum cogitamus, repreäsentamus nobis et perspectives corporum corum, inter quae illud intercedit, et potest-

statem mensura quadam spatium illud exprimendi; quae tamen mensura circa respectum ad corpus, quod ibidem locari potest, cogitari negatur: in spatiis vacuis ideam distinctam ab idea nihil.

4.) Solum extensum quodpiam inter duo entia intercedens efficit, ut ea distent: sed inter latera talis spherae nullum intercederet extensum: ergo. Et addunt: absolute impossibile est, ut illa entia a se non distent, inter quae actu intercedit extensum reale: ergo etiam ab opposito absolute impossibile est, ut illa a se existent, inter quae actu non intercedit extensum reale.

R. d. M. Solum extensum vel concretum, vel abstractum inter duo entia intercedens etc. c. M. solum extensum concretum, seu nempe reale, n. M. sic d.m. n. con. Ratio ex adhuc dictis satis est manifesta: nempe hoc in casu inter spherae parietes non intercederet extensum concretum, sive reale, quia nullum corpus actu interponeretur; intercederet tamen extensum abstractum, seu vacuum, cum possibile sit, ut parietibus immotis corpus quodpiam extensum interponatur. Ad id, quod additur, ratio dispar assignari potest: hoc ipsis solum, quod extensum reale inter duo entia interponatur, jam satis impeditur, ne ea sibi contigua sint (*§. 190.*), unde necessario consequitur, ut eadem a se distent: contra ex eo, quod nullum extensum reale inter duo entia interjaceat, nondum conclusum potest ea sibi esse contigua, adeoque a se non distare. Ejus rei ratio est, quod ad duorum entium contiguitatem duo requiruntur, nimur ut nullum extensum reale actu interponatur, et neque illis immotis interponi possit: jam vero, cum duo ad rem quamplam constitutiva requiruntur, uno eorum positio res ipsa nondum ponitur, tametsi vel uno subtulato res eadem quoque tollatur.

5.) Leibnitus putat vacuum cum idea mundi optimi pugnare (*Re-cueil de divers. piec. p. 1. écrit. 5. a M. Clarke.*), at vero imprimit mundum eo, quod ipso statuit sensu, nequaquam optimum esse alias demonstrabo: decidit ad mundum optimum pertinet unique corporum mundanorum motus: quare cum in spatio perfecte pleno nullus fieri motus, queat, vacuum cum notione mundi optimi adeo non pugnat, ut etiam in ea includatur.

Denique, ut summatum omnia complectatur, ajo cum Fortunato a Brizia (*Phys. gener. p. i. f. 3. §. 75.*), spatium vacuum non esse aliquid reale positivum, sed quemadmodum olim dixerat S. Augustinus, spatiosum nihil. Reale tamen dicti potest sumendum reale pro omni eo sive positivo, sive negativo, quod ab intellectu non dependet. Nullo quippe cogitante intellectu distant a se mutuo puncta a, b... Extensum porro dicitur spatium, mensurabile etc. eodem plane sensu, quo extensa et mensurabilis vocatur umbra ... Extensus nempe, et mensurabilis capax dicitur spatium, quatenus extensem, et mensurabile corporest in ipso spatio locari ... Haec porro cum ita sunt, liquido appetit, frusta quadrata, num spatium substantia sit, vel accidens. Manifestum enim est, neutrum horum esse, aut censeri posse spatium,

Storchau Metaph. Lib. I.

ut potest nihil esse positivum, quod duntaxat *la substantiam*, et
accidens potest *jure distribui*. Nullatenus *demonstratur*, spatio
num etiam ab *is*, qui illud amittunt, *imaginariam*, nuncupari.
Siquidem non ideo dicunt imaginariam, quod ab *imaginatio-*
nione dependeat; *sed quod illius dimensiones*, ut optime ait
C. Cassendus (*Sect. 1. phys. l. 2. c. 1.*), *instar corporearum,*
quae in sensu cadunt, *dimensionum imaginemur*.
Videatur quoque *Huetius* (*Censur. phil. Cartes. c. 5. n. 3. seqq.*).
Sed satis de spatio; nunc de loco, et situ, uti et de tempore, et mo-
tu nonnulla.

C A P U T VII.

De Loco, Tempore, et Motu.

OBSERVATIO PRÆVIA.

CCVI. Cum plura entia simultanea in serie physice continua coe-
sistunt, atque sic ordinata spatium reale constituant, quodvis ens mo-
dum quendam a se, ac determinatum ceteri, coexistingi habet,
qui efficit, ut ens sit ibi, ubi est, quique fundamentum præchet realis
relationis distantiae, prioritatis, aut posterioritatis, quae est inter
duo quaevis entia; neque enim alia est ratio, quod duo entia deter-
minant illas a se distantias non obtineant, quam quod eos deter-
minatos sibi coexistingi modos habeant, quibus mutatis ipsa quoqua
mutabitur.

CCVII. Per modum realem, ac determinatum, quo ens unum
ceteris simultaneis in eadem serie physice continua coexistit,
satis fit questionis: ubi ens sit. Cum huic questioni respondendum
est, teste experientia referimus ens, de quo queritur, ad alia pro-
xime coexistingia, ejusque ab illis distantiam, prioritatem, posterio-
ritatem, et alias similes relationes investigamus, ac determinamus; his
quippe et locum, et permissionem illius in loco ex immutatis his
relationibus dijudicamus, cumque haec præstabilitus, querenti locum
ens satisfactum est; sed hac ratione aliud non agimus, quoniam quod
determinatum modum hujus ens ceteris coexistingi, qui nempe ha-
rump relationum fundamentum præchet (*S. præc.*), investigamus, ac
determinemus: igitur per modum realem, ac determinatum, quo ens
unum ceteris simultaneis in eadem serie physice continua coexistit,
satis fit questionis: ubi ens sit.

Schol. Ita querenti, ubi sit liber a in serie liborum continuo, sa-
tisfactio, cum dico librum a esse altero b priorem, altero c poste-
riorem, tantum a d, tantum ab e distare: idem patet ex modo, quo
locus desideratus in mappa geographicâ designari solet.

LOCUS REALIS EST MODUS COEXISTENDI IN CONTINUIS.

CCVIII. Locus realis est realis, ac determinatus modus co-
existingi ceteris simultaneis, in eadem serie physice continua.
Locus realis est id, per quod satisfit querenti, ubi eos sit, ut per se

De Loco, Tempore et Motu.

117

omnino manifestum est; sed per modum realis, ac determinatus
coexistingi ceteris simultaneis in eadem serie physice continua ca-
sistis querenti, ubi ens sit (*præc.*): ergo locus realis est realis, ac
determinatus modus coexistingi ceteris simultaneis in eadem serie
physice continua.

Coroll. 1. Locus igitur realis cuiuslibet ensis pendet ab aliis proxime
positis; quapropter essentialiter *relativus*, et *absolutus* non rea-
lis, verum *imaginarius* est, quemadmodum de spatio dixi (*§§. 30.*
cor. 1. 197. sch.).

Coroll. 2. Locus cuiusvis ensis determinatur per distantias, adeoque
per lineas rectas, quas ab aliis illud duci possunt (*§. 191.*), et ibi
est, ubi rectae concurrunt.

Coroll. 3. Locus non habet internam cum ente connexionem, neque
in eo quippiam mutare potest: est igitur externa solum ensis do-
minatio (*§. 58.*), qua mutata ipsum proprium non mutatur (*§. 18.*).

Schol. Cum extremitates linearum, quae locum determinant, puncta
sint, locus ensis instar puncti consideratur; inde optimè Cartesius
observante *Wolfo* monuit, nos, cum de loco ensis agimus, non tan-
figuras, et magnitudinis, quam positionis solius rationem habere;
quo etiam sit, et corpus unum in alterius locum succederet affirmemus,
tametsi multo majus, aut minus sit, modo eundem coexistingi
modum obtineat: id quod astronomis quoque perfaciare est.
Porro quo ratio est inter partem, et totum, ea quoque videtur inter
locum, et spatium: concipiimus enim spatium velut ex multis locis
coalescentem, locum numerum absolutum, et imaginarius est deter-
minata pars spatii imaginarii, quae ensi cuiquam respondet, quaeque
ab eo, si compositum sit, repletur; locus autem realis est pars spa-
tii realis; cum vero spatium reale sit ordo simultaneorum in serie
physice continua coexistingent, non videtur in hoc ordine pars
alia assignari, aut concipi posse, quam determinatus cuiusvis ensis
ceteris coexistingi modos: ex his enim diversis, sed tamen pro quo-
vis ente determinatis coexistingi modis oritur ille ordo, quem spa-
tium reale dicimus. Deinde tametsi locum imaginarium absolutum
dixerim, sed tamen non ita accipendum est, quasi ille sub nullo re-
spectu relationem involvatur. Nempe universum locum concepi
nequit sine relatione ad puncta quadam, vel opila, quae cogitatione
saltem nostra fixa sint, et permanentia; jam vero entia haec fixa
vel realia sunt, vel solum possibilia, quae intra, vel extra hoc uni-
versum ponere cogitamus; si primum, adeo relatio realis di-
stantiae, atque adeo etiam locus realis; si alterum, non habetur
relatio realis distantiae, cum non ad sintentia, quae realiter distent,
nec proinde locus realis, sed imaginarius solum, aliquo tamen re-
spectu relativus ad entia, quae ponit posse concipiuntur. Certo re-
latio ad mere possibilia ob terminum mere possibilem, non rea-
lis, sed solum possibilis dicenda est; cum enim omnis relatio con-
stat subiecto, termino; et ratione fundandi, nequit ea vera realis

esse, nisi omnia haec tria pariter realia sint, alias posset quoque actus esse realiter consentaneus, vel dissentaneus legi, quae non reapse extat, sed solum possibilis est. Atque hinc toto universo, cum pro ente unico accipitur, vero sensu locus realis tribui nequit; competit ipsi tamen imaginarius, vel abstractus comparare ad entia extra ipsam possibilia, quibus, si producerentur, certo quedam, ac reali modo coexistere. Denique cum loco adhuc explicato confundit non debet locus, a communi loquendi consuetudine vulgaris dictus; per quem determinata quampli rerum series indicatur, cui res aliqua extrinsecus solum praesens est, ita videlicet, ut ad eam seriem tamquam pars non pertinet: ita dicimus. Cajum in templo, schola, horto, esse.

SITUS MODUS COEXISTENDI IN INTERRUPTIS.

CCIX. *Situs est modus realis, ac determinatus caeteris simulaneis in serie interrupta coexistendi.* Cum de entibus remotis, ac distantiibus agimus, idem non locum, sed situm ad sese tribueret vulgo solemus: ita enim cujusvis stellae comparate ad tellurem situm aliquem determinamus: igitur quod in entibus in serie physice continuo coexistentibus locus est, id in entibus in serie interrupta positus situs vocatur; atque in illis locus est realis, ac determinatus modus coexistendi (§. praecl.); ergo etiam situs est realis, ac determinatus modus coexistendi ceteris in serie interrupta positus.

Coroll. 1. Quae de loco dicta sunt, ad situm quoque pertinet; unde et situs per distantias, quas linea rectae metuntur, designandus est, et quae ab ente tertio eamdem habent distantiam, eundem situm comparare ad illud obtinet.

Coroll. 2. Si ens unum aliquod in serie quadam continua positum ad alterum remotius ejusdem seriei referatur, ea pro interruptis labori possunt: quare et iis situs congrue tribuitur. Inde vero patet in usu horum vocabulorum, loci, et situs, magno non esse opere laborandum.

OCCURRIT DUBIUS.

Schol. Sunt quedam, quae contra stabilitam loci realis definitionem pugnare videntur.

1.) Admissa hac definitione sequeretur ens, quod unicum existet, non fore in loco reali; at qui hoc videtur absurdum esse, quod enim non est in loco reali, est nusquam, et quod nusquam est, non existit, unde ens tale existet, et simil non existet.

R. c. M. n. m. et d. ratione adjectam, quod non est in loco reali, est nusquam hoc sensu quod determinato, ac reali modo simulaneis non coexistat, & hoc sensu: quod absolute non existat, n. Imprimis ens, quod unicum existet, quale est mundus totus pro uno ente sumitus, esset in loco absolute: imaginario, cum illi pars spatii imaginarii ejusdem extensionis respondere concipiatur; est set quoque in loco respectivo ad alia entia possibilia, quibus, si ponerentur, hoc ipso certo modo coexistere. Quia tamen neuter

horum locorum realis est, neque ens illud foret in loco reali. Deinde esse nusquam duplicum sensum continet; jam excludit determinatum, ac realem modum coexistendi simulaneis, jam vero ipsum actualem existentiam: illud in hoc casu verum foret: non item alterum. Neque vero mirum cupiam videatur inter haec discrimen a nobis ponit; ut enim jam Lockius advertit, existere duxat non habet necessariam connexionem cum loco reali, sed ea primum oritur ex hypothesi, quod plura simul existant: illud nimurum est existere; aliud coexistere; sive, ut ille quidem est, situari, vel locari. Si igitur unicum ens a Deo procrearetur, illud quidem existet per se, et in se, non tamen situaretur, vel locaretur, id est, non existet in loco reali: cum non haberet realem modum coexistendi simulaneis, quas nulla forent. Exemplum sume a numero, si ens unicum existere, nec existere numerus realis, nec ens illud esset in numero reali: ita quoque in hac hypothesi nec daretur locus realis, ne ens illud foret in loco reali.

2.) Si locus realis esset determinatus modus coexistendi, sequeretur nunquam dari posse locum realem absque ente; sed id a vero abhorret; possum quippe absque contradictione concipere locum realem, et tamen negare posse in illo esse ens.

R. c. M. n. m. Possum quidem absque contradictione concipere locum realem, et negare posse in illo esse ens quoddam determinatum, at nequeo excludere aliquod ex omnibus indeterminate sumum. Fieri nempe diversis ex causis potest, ut corpus quoddam determinatum a loco reali b, quem concipio, existere nequeat; si fieri non potest, ut locus quidam realis sit possibilis, in quoniam prorsus corpus ex omnibus possibilibus existere queat; nam dum pono locum realem esse possibilem, pono explicite possibilem esse modum realem a coexistendi ceteris, et cum pono in loco reali b nullus posse corpus existere, pono implicite, nullum possibile esse corpus, vel quodcumque ens tali modo affectum, quod aequo repugnat, ac si, dum affirmarem dari posse numerum realium, negarem simili existere posse res numerandas.

3.) Fingeramus, aijunt, Deum procreasse omnia possibilia, et posita hac hypothesis omnia versus unam plagam, dextram, aut laevam moveri: mutabunt igitur locum realem, et tamen nullus realis modus coexistendi mutabitur; neque enim inter se distantiam mutarent, cum omnia simul moveri ponantur, neque praeter omnia possibilia aliud possibile concipi posset, a quo distantia quedam determinata foret; sequitur igitur, locum realem in reali coexistendi modo nequaquam constitui.

R. Proprio Numinis evenit, ut hypothesis haec multis ex capitibus secum ipsa pugnet; imprimit enim absolute fieri nequit, ut omnia possibilia a Deo procreantur, infinitum namque exhaustum nequit: deinde, qui ponit omnia possibilia actu simili existere, ponere simul debet omnia loca possibilia jam actu esse occupata; hoc vero posito omnis motionis impossibilitas inducitur. Sed demus nonni-

hil adversariis, et abstrahamus interea ab his repugnatis; tum autem hypothesis fore coincidit cum ea, quam Clarkius Leibnitio obiecit: ponamus, abebat is, Deum totum hoc universum vel ita creasse, vel ita nunc transferre, ut manente reliquo universi ordine sol noster eum in locum perveniat, quem nunc stella Sirius occupat; quid igitur, queritur, nonne hoc in casu ordo modusque coexistendi eni^m mundanorum non mutaretur, mutaretur tamen locum et totius universi, et singularius in eo entium? At vero cum universum non sit in loco reali, quemadmodum supra dixi, locus, qui dicta in hypothesis mutaretur, non realis, verum solum imaginarius foret, possequeatur determinari ex mutatione distantiae a corpore quodam, quod extra totum universum immobiliter ponere conciperetur.

4.) Determinatus modus coexistendi simultaneis non est immobilis; sed locus realis omnium consensione immobilis est; potissimum enim unum occupare locum ab altero relinet: igitur determinatus modus coexistendi non est locus realis.

R. d. M. hoc sensu: quod remaneat amotu inde ente, c. M. hoc sensu: quod moveatur cum ente moto n. M. d. sic n. n. cons. Locus realis nequit alio sensu dici, aut esse immobilis, quam hoc: quod cum ente moto non moveatur, quod optime in hac sententia salvator; nam quampidam ens quidquam moveri incipit; perit illa determinatus modus coexistendi simultaneis; singularisque dein momentis ens illud novum semper, et novum acquirit; atque ideo de loco in locum transferri dicitur. Locum autem realem ita esse immobilem, ut amotu ente remaneat, vehementer nego: sequentur enim inde locum realem esse absolutum, contra quem easdem rationes pugnant, quibus supraspatium absolutum reale non esse evici (§. 197). Neque vulgaris persuasio quidquam obstat; nam immobilitas ea, quale secundum vulgaris ideam, logo tribui solet, non ad locum realem, sed ad imaginarium, id est, ad eam partem spatii imaginarii, quae enti responderet, pertinet: concepimus nempe idem punctum, vel eandem partem spatii imaginarii, quae prius enti in loco a existenti responderebat, fixam, ac immobilem remaneat, nonque aliam ejusdem spatii partem eidem enti jam in loco b existenti responderet, neque id sine fundamento possibile enim est, ut illuc statim aliud ens ponatur. Atque inde quoque patet, quo sensu possit ens locum ab alio reliquo occupare. Ens in primis etenim in locum alterius succedit, quatenus similem modum coexistendi simultanei obtinet, quo sit, ut illi idem punctum spatii imaginarii, quod antea alteri responderebat, jam respondere concipimus: obtinet igitur ens locum imaginarium eundem numero, et locum realem eundem specie cum eo, qui ab altero ente relictus est; neque enim idem numero modus ab uno ente ad alterum transire potest, cum accidens extra substantiam existere nequeat, sicut non possum rounditatem ex uno marmore transferre ad aliud.

5.) Nullum ens potest locum realem mutare, quin moveatur; sed si locus realis fore determinatus modo coexistendi, fieri posset, ut ens locum realem mutet, nec tamen moveatur: fieri siquidem potest, ut circa eum a in quiete positum alia b, c, d moveantur, quo casu ens a semper acquireat alium determinatum modum coexistendi ipsi b, c, d. Quia generativum nulla mutatio loci conceipi potest sine motu: ergo.

R. d. M. Nullum ens potest locum realem active mutare, quin moveatur, c. M. passive n. M. et sic d. m. n. cons. En passim locum realem mutat, quod ex se ad hanc mutationem nihil confort, sed aliorum duntaxat entium, quae moveantur, occasione novum modum loci coexistendi acquirit: illud vero active locum realem mutat, quod, cum in se habeat ejus mutationis rationem sufficientem, ad eam reipublica concurrit. Illud fieri posse libenter admitto, non item hoc; at enim generativum nulla mutatio loci conceipi potest sine motu: ita sane; at sine motu, qui sit in aliquo ex pluribus entibus, non vero, qui determinate sit in eo ente, de cuius loci mutatione queratur. Cum primum situm plurium entium inter se mutantur fuisse observo, recte colligere motum aliquem in uno, vel altero horum entium contigisse, sed quod illud sit, nondomine exinde constat: investigari igitur debet, in quo ente hujus mutationis ratio sufficiens continetur, quo detecta constabit illud active, reliqua, passive locum realem mutasse. En itaque quodvis potest locum realem passive mutare, quin moveatur, non autem active. Ratio est, quia, cum motus sit continua loci mutatio cum ratione sufficiente in ente, ut infra dicam, omnis motus est activa loci mutatio; si igitur ens active locum realem mutaret, quin moveatur se queretur illud moveri, et non moveri: contra milium absurdum ex eo ostendit, quod ens passive locum realem mutet, quin moveatur, immo id per se sequatur: modus enim, quod ens a enti b coexistit, non solam ab ipso ente a, sed a positione quoque entis b pendaat, unde sive in a, sive in b moveatur, ipse quoque mutatur. Neque vero hic etiam obest, quod ideo vulgaris omnem loci mutationem cum motu conjunctam representare videatur; ea enim rursus, ut supra de immobilitate dixi, non tam ad locum realem pertinet, quam ad imaginarium, qui omnino a nullo ente mutari potest, quin ipsum moveatur: satis illi praeterea per hoc, quod neque ultra loci realis mutatio fieri queat sine aliquo motu, qui sit vel in ente aliquo alio. Dices foras: nequit ens locum imaginarium mutare, quin moveatur: igitur nequit etiam ens locum realem mutare, quin moveatur. Sed ratio disputat in eo est; quod locus imaginarius, cum absolitus sit, a nullo alio pendat, quam ab hoc ente, a quo respletur; unde consequens est, ut ratio sufficiens, cur locus imaginarius mutetur, vel in ipso loco, vel in ente ibi collocato continetur; jam vero primum esse nequit, cum locus imaginarius nihil sit realis, alternum autem, si sit, hoc ipsum illud moveatur, nam motus est mutatio loci, et ejus ratio sufficiens est in ente: igitur in aperio est, omnis cas-

moveri, quod locum imaginarium mutat. Ab opposito locus realis hos ipso, quod sit essentialementer relativus, non tantum ab hoc ente, sed etiam a vicinis coexistentibus pendet, ut jam saepius dictum est: quare ejus mutationis ratio vel in hoc ente, vel in quovis alio, quod relationis terminus constituit, continetur potest, quo sit, ut modus realis coexistendi alieuius entis etiam quiescentis toties mutetur, quoties alterum, ad quod istud refertur, moveri incipit. Ad extremum et istud adnotasse juverit, inter mutationem loci realis, et ejus amissionem magnum interesse discrimen: mutari nimirum locus realis nequit, nisi una aliis acquiratur, quod ut fiat, necesse est, ut ex pluribus entibus coexistentibus unum saltum moveatur: sed amitti locus realis absolute potest absque omni motu; si enim uno ente persistente omnia reliqua annihilaruntur, ens illud non foret amplius in loco reali, cum non haberet amplius quibus coexistet.

IN SUCCESSIONE ENTUM CONTINUA DATUR ORDO — AC IN EO TEMPUS REALE CONSTITUIT.

CXXI. In continua successiva (§. 183, cor.) plura entia in serie continua ita disponuntur, ut repugnet duo eorum simul existere, ut que tamen semper uno desinens alterum existere incipiat. Secundum hanc igitur regulam omnium successivorum loca codem modo determinantur, et haec determinatio similitudinem parit in modo, quo entia successiva se consequuntur; quare cum id genus similitudini sit ordinatio (§. 77.), in entibus continua serie succedentibus ordo quisipio extat.

CXXI. Tempus realis est ordo successivorum in serie continua. Id est tempus realis, ex quo petitur responsum, ut satisfiat questioni, quando, vel quādūm res quae piam exiterit, existat, aut extirita sit; sed id est ordo successivorum in serie, continua: ex multitudine enim rerum succedentium judicamus longitudinem aut brevitudinem temporis; et illi, qui ad nullam rerum successionem animum advertunt, quod contingit profunda dormientibus, aut quorum cogitatio in uno objecto cum voluptate defixa est, tempus etiam longius interea effluxisse non percipiunt; sic quoque actionem aliquam praeteritam ad tempus ex remotius relegamus, quo plures actiones successivas inter illam, et praesentem intercessisse, aut intercedere potuisse advertemus: ergo tempus realis est ordo successivorum in serie continua.

Coroll. 1. Quo plurimum idearum succedentium intra idem intervalum ens quoddam sibi concium est, eo longius judicat esse, suum tempus; inde fieri potest, ut animalem, quod per aliquot solum horas existit, ob velocitatem tamen idearum succedentium sicutum sibi vivere videatur.

Coroll. 2. Tempus nunquam totum existit, sed pars solum aliqua, quae propterea tempus praesens vocatur; illi, praeteritum diximus, quod ante existit, et futurum, quod postea existet.

Coroll. 3. Positis rebus in continua serie sibi succedentibus ponitur,

et iis sublati tollitur tempus reale: ante mundum igitur conditum non fuit tempus realis, verum cum illo incepit.

QUID TEMPUS IMAGINARIUM?

Schol. Verum tametsi sublati rebus successivis non extet tempus reale, sive concretum, datu tamē abstractum, vel imaginarium, quemadmodum dictum est de spatio, quicquam tempus maximam analogiam habet; sicut nimirum ibi spatium concipimus, ubi, etsi non actu ponatur, ponit tamen potest corpus quod piam, ita quoque cogitamus tempus esse, cum possibilis est ordo rerum succendentium, licet in reapse non existat; unde tempus istud etiam anto ipsum mundi ortum ponimus, atque regrediendo nullum in eo initium deprehendimus, quemadmodum spatium quoque undeque infinite extensus est. Concipimus porro tempus hoc imaginarium, vel ens compositum ex partibus successivis, continuis, nec interne differentiis, et a robus successivis distinctum, cui tamen eadem coexistunt: atque adeo ut continuum quoddam secundum solam longitudinem mensuram extensem: quare ut spatium per corpus mathematicum trine extensem, ita tempus per lineam rectam continuum recte represeantur; cum enim puncti fixi generatur linea, prodit totum quod piam ex partibus continuis, et prorsus similibus compositum, in quo unum solum pars praesens est; quae per vestigium actuale puncti fluentis designatur, dum interea hunc puncto ita fluenti res successivae coexistunt.

QUID DURATIO ET QUOTUPLEX?

CXXII. Duratio est continua entis existentiae, quae intelligitur vel ex eo, quod ens pluribus in serie continua sibi succedentibus coexistat, vel saltem de se aptum sit, ut ita coexistat, si successiva existent: ita meā durationem intelligo, quod per conscientiam novi me pluribus sibi continua succedentibus ideo coexistere. Duratio haec vel interminata, seu infinita est, et aeternitas audit; vel terminata, aut finita, et simplex dicitur, si utrinque terminis concludatur; aevum vero; si initium quidem habeat, fine tamen caret.

Schol. Non attinet partitionem aeternitatis in formalem, et participatim adferre, haec enim altera secum ipsa pugnat, quod alias viderimus. Restat igitur, ut una solum sit aeternitas, quae enti necessario, quod Deum alias dicemus, solum competit (§. 103.). De hac porro Dei aeternitate jam a Platoniorum inde tempore acris inter philosophos justa ac theologos quaestio agitatur, utrum nimirum in ea successio quaedam admittenda sit. Videatur Antonius Gentensis (Elem. metaph. l. 1. c. 12. §. 100.). Mea quidem sententia haec facile componitur: imprimis enim certum est, non posse in Deo dari realis status successione, propterea quod ens necessarium immutabile est (§. 120.). deinde tamen nihil vetat, ut ejus durationem ex ordine entium successivorum vel possibili, vel reali concipiamus. Plura hac de re in Thelogia.

DURATIO NON EST TEMPUS -- SED PER ILLUD MENSURATUR.

CXIII. Duratio in se spectata non est tempus. Duratio in se spectata est entis duntaxat continua existentia (§. praecc.), tempus autem in successivorum ordine consistit (§. 111.); sed continua existentia in se spectata non est ordo successivorum; ergo duratio in se spectata tempus non est.

Coroll. Cum aeternitas sit duratio, ea tempus recte vocari nequit, tamen si addas infinitum.

CXIV. Duratio per tempus mensurari potest. Per illud duratio mensurari potest, quod aptum est ad multitudinem momentorum, quae in continua existentia concepi potest, in aeternam (§. 68.); sed tempus, seu ordo plerum sibi in continua serie succedentium apud est ad eam multitudinem indicandum; ergo duratio per tempus mensurari potest.

Schol. Si nempe mensurabilis sit: nam per se constat durationem infinitam, id est, aeternitatem esse immensam (§. 69.). Durationes igitur finitas solum successionibus rerum mensuramus, unde dicimus, res haec tam tempore, tot diebus, annis, saeculis duravit; quemadmodum comparare ad spatium dicimus, corpus hoc tot palmas, pedes, organa longum, latum, vel profundum est. Quia porro nobis vigilantibus ingens in mente idearum copia datur, quarum aliae, alias continuo succedunt, hanc dubie haec idearum successio ad mensurandam cuiusvis entis durationem inseruit, quin ipsa quasi mensura quedam communis, et regula omnium aliarum successioneum esse videatur. Unde si res quaedam multo citius, aut multo tacius sibi succedant, ac ideae nostrae, eam successione nec pertiniscimus: ita globus ex tormento ejectus parietes etiam longius distantes uno nobis momento perfringere videtur, ubi contra motum indicis, aut umbras in horologio nequamquam percipimus. At vero, ut optime advertit Clericus (*Ontolog. c. 6.*), si nulla alia ratio constans, et immutabilis, ac omnibus communis dimidietas durationis foret, numquam inter homines de durationum, ipsiusque adeo temporis longitudine conveniret; infelices diutissime viventes; felicibus contra brevissima foret vita; scilicet illud poetas oblineret: *vita misera longa, felix brevis;* qui vehementer vel cuiusquam desiderio flagrarent, illud ipsum temporis spatium longissimum pronunciant, quod alii in suis rei conceputa possesse brevissimum appareret, quae res necessario inter homines commercio summa foret nota. Quare percommode accidit, ut homines tacito quodam naturae sensu in communem quendam, omnibus vulgo notaum durationis mensuram conspirarent. Revoluta haec est solis, as lunae, tum dierna, tum annua, quae ut ab ipsa mundi origine omnibus fuit cognita, ita longo temporis intervallo constans, et aequabilis videbatur: quia tamen decursu temporis observatum est celeritatem solis eclipsicam percurrentis multas partis inaequalitates, astronomi solem quendam faciem subservientes

runt, qui per aequatorum progrederi periodum suum eodem tempore, quo sol verus, absolveret; haec deinceps res occasionem dedit, ut humana industria ulterius progressa artem longe utilissimam construendi horologia inventaret, in quibus aequabilis facti solis motus motu indicis non minus constanti, ac aequabili designaretur. Vide hic quoque Lockium (*Essai concer. l'ent. hum. liv. 2. ch. 14.*)

quid motus et quies?

CXV. Motus est activa, eaque continua loci mutatio cum ratione sufficiente in ente: quies contra est continua entis in eodem loco perseverantia: ens quod moveri, vel quatenus moveri potest, mobile audit. Cum partes ejusdem entis relate ad alias in eodem loco mutant, oriuntur motus intestinus, ut fit in aqua bullente.

Coroll. 1. Motus intestinus in ente simplici locum non habet, neque adeo mutationes ipsius interna, velut cogitationes, per motum explicari possunt.

Coroll. 2. Fieri potest, ut res eadem comparate ad alias moveatur, dum aliarum respectu quiescat: Ita homo sedens in navi communis navis motu quoque abripiatur, interea tamen comparate ad partes navae, quiescat.

Coroll. 3. Continua loci mutatio exigit, ut existentiae entis in loco a succeedenti existentiae ejusdem in loco b, et sic porro: cum igitur series successivorum sit tempus, omnis motus fit in tempore, non quam in momento, ipseque, si ut ens spectetur, ostensus successivus.

Schol. Cum etsi in motu constitutum sub ea duntaxat ratione spectandum sit, quod continuo locum mutet, eoque nihil conferat aut magnitudo ipsius, aut alia quaecumque qualitas, recte agunt philosophi, dum quodvis mobile ut punctum, praecisis reliquis omnibus, considerant; inde vero ratio petitur, cor spatium a mobili confundit per lineam decutum a puncto, ubi moitus incipi, usque ad illud, ubi est cessat, et per omnia puncta media transirentur designatur; fluxu quippe puncti linea generatur. Eadem porro linea, cum spectatur, ut secundum eam mobile progrederi nititur, *linea directionis* vocatur, estque recta, si directio aliquo tempore non mutetur, in caso vero opposito curva; ipsa tamen harum ex rectis infinite parsis pro qualiabet momento datis coalescit, corpus enim, eti per linam curvam moveatur, singulis tamen momentis per rectam abire nititur, quare etiam geometrae curvam ut polygonum, infinitorum laterum, id est linearum rectarum infiniti, partivrum considerant. Denique spatium idem, vel longiori, vel breviori tempore a mobili conficitur: inde notio *celeritas* oriuntur, si enim duo sint mobilia, quorum unum longiori tempore, alterum breviori egeat ad idem spatium percurrendum, illud *celeritas*, hoc citius moveri affirmamus. Est adeo *celeritas* aptitudo mobilis ad datum spatium dicto tempore percurrendum, vel ipsa, ut nonnulli volunt, ratio temporis ad spatium: quae quidem verissima sunt, si de sola motu celeritate sermo sit. At Dariesius (*Ont. §. 58. ch.*) mo-

net celeritatem idem magis universaliter esse, eamque ipsis quoque cogitationibus, quae tamen veri motus non sunt, tribui, teste ipso loquendi usu: quare putat, ejusmodi definitionem seligendam esse, quae admittat, ut celeritas ad omnis generis operationes successivas applicari possit, quia etiam ex Ganzio eadem profert dicendo, celeritatem esse id, quo ens certo tempore certum operationes suae scopum attingit, qua quidem probata illico sequitur omnem substantiam, qua successiva agat, cum quadam celeritate agere.

ENS COMPOSITUM MUTATUR PER MOTUM.

CCXVI. *Omnis mutatio, quae fit in ente composito, fit per motum.* Cum ens compositum constet determinata certarum partium conjugatione (§. 171.), omnia, quae in ipso sunt, adeoque et ipsum idem, invariatusque permanet, quandom caedem partes, eadem earum multitudine, idem denique conjugacionis modus, ac situs invariatus manet; ergo ut ens compositum mutetur, necesse est, ut partes aliquae vel adstantur, vel demantur, vel transponantur, vel prioribus ab aliis substituantur; sed nihil horum fieri potest nisi per motum: ergo nulla mutatio in ente composito effici potest nisi per motum.

Coroll. Ponamus enim compositum cogitare; erit cogitatio vera illius mutatio, ac proinde in motu partium consistet, quod absurdum est.

Sed de hoc alias.

Schol. Ita quoque praeterero alia, quae de motu a metaphysicis hodie doceri solent; mea enim opinione eorum in physica proprius est locus.

CAPUT VIII.

De Ente Infinito, et Finito.

QUID FINITUM ET INFINITUM?

CCXVII. Quid finitum sit, et infinitum, dixi (§. 40.): illud nimirum limitem, seu defectum ulterioris realitatis habet, hoc non. Clare autem inde patet id, quod defectu ulterioris realitatis laborat, non habere actu omnia, quae in ipso concepi possunt, ac proinde semper ea majus aliquid cogitari posse: igitur finitum est, quod non habet omnia actu, quae habere potest, et quovis finito majus alterum in eodem genere concepi potest; infinitum contra, quod habet omnia actu, quae habere potest, et quo majus aliud in eodem genere cogitari nequit.

Coroll. Nec minus perspicuae sunt propositiones inversae: quod non habet omnia actu, quae habere potest, vel quo majus aliud in eodem genere concepi potest, finitum est: et quod habet omnia actu, quae habere potest, vel quo majus in eodem genere cogitari nequit, illud infinitum est.

QUOD AUGERI POTEST, INFINITUM ESSE NEQUIT.

CCXVIII. *Quod sine fine augeri potest, infinitum esse non potest.* Quod sine fine augeri potest, tale est, ut eo majus sine fine con-

De Ente Infinito, et Finito.

121

cipi possit; sed illud, quo majus sine fine concepi potest, sine fine infinitum est (§. praecl. coroll.): ergo quod sine fine augeri potest, sine fine finitum est; atqui quod sine fine finitum est, infinitum esse inquam potest; securi enim aliquando simul finitum, et infinitum foret: igitur quod sine fine augeri potest, infinitum esse non potest.

Coroll. Quod augeri nequit, infinitum est, et quod infinitum est, augeri amplius nequit.

NUMERUS REALIS INFINITUS REPUGNAT.

CCXIX. *Numerus actu infinitus repugnat.* Cum numerus aliud non sit, quam multitudine, quae oritur ex collectione earumdem unitatum, per essentiam numeri generatim accepti non determinatur, quot eum unitates ingrediantur; ergo salva numeri essentia cuivis addi potest unitas, atque hac adjecta rursum alia, et alia sine fine: atque adiecta unitate numerus major efficitur, ac proinde augmentum obtinet: potest enim quisvis numerus considerari ut unum, in quo unitates partium vices agunt: igitur quisvis numerus sine fine augeri potest; quod autem tale est, infinitum esse nequit (§. praecl.): ergo numerus actus infinitus repugnat.

Coroll. Quantitas igitur infinita numero exprimi nequit; potest autem omnis quantitas finita.

Schol. Frustra sunt, qui putant, vim argumenti declinari dicendo: numerum finitum quidem unitatis adfectione augeri; non item infinitum: velim enim, ut palam edicant, quam sibi de numero in genere spectato idem conforment: certe, cum species ex definitione generis fluere debeant, necesse est, ut statuant quoddam numeri genus, quod in infinitum, et finitum tamquam suas species disponsi sci queat, quemadmodum exempli causa ens in infinitum, et finitum: animal in hominem, et bellum, distributivus. Definient igitur nobis genus istud, eamque adferant definitionem, quae in utramque species conveniat, quod nisi praesertim, responsione sua nihil distinxerit, censentur sunt. Sane siue omnipotentia sine absurdo nequit tribui in finitum, et infinitum, et quod ipsa in conceptus essentiali infinitatum involvit; ita neque numerus in finitum, et infinitum dividit potest, quia in hujus essentiali conceptu finitas includit. Consentientes haec in re habeo Clar. Mosheimium celeberrimum commentatorem in Cudworthum (*System. intell. c. 5. sect. 1. §. 24. not. 2.*): *Sciunt omnes, ita ille, numerum in se nihil esse, sed ad res, et actiones referri: ex quo patet, cum de numeri infinitate ratio instituitur, hoc proprie queri: rerumne quarundam, vel actionum tanta sit multitudine, ut omnis ab easterminus, et fine absit? haec ipsa vero controversiae explicatio ostendit jam quodam modo, numero qui nihil dubitan infinitatem adjudicare, eos sine repugnantia id facere non posse.* Multo vero clarius idem apparet, si in notiones, et potestates, vocabulorum numerus et numerare accurritus inquisivero. Numerus nescio, quid sit aliud, quam multitudine rerum, vel

actionum, quarum singulae finitae sunt, et modo suo terminatae. Numerare vero significat explorare, quanta sit multitudine rerum, vel actionum quaquam finitarum, quo cognitum fiat, quinam finis sint, vel termini hujus vel illius multitudinis... Has qui cum notione nominis infinitus comparabit definitiones, is sine ullo confessu negotio sentiet, vocabulum infinitus sine manifesta repugnantiâ cum vocabulo numerus sociari non posse, atque bina haec vocabula ex eorum esse ordine, quae mutuo sese tollunt et revertunt, etc. etc. Sed neque mathematicorum infinitum cuiplam scrupulum iniiciat; illud enim tametsi ea in scientia usus et frequentissimi ettingenti cum commodo coniuncte sit, tamen solum imaginarium est, et circa extensionem, aut numerum imaginarium versatur, nec tam actu, quam potentia solum infinitum est.

FINITUM ADDITUM FINITO REMANET FINITUM.

CXXX. Si finitum addatur finiti, quoties libuerit, summa quoque finita est. Cum finitum additur finito, additur aliquid, quod numero exprimi potest, alteri similiiter constituto (§. praece. cor.), ac proinde numerus additur numero, sed si numerus, quotiescumque libuerit, numero addatur, numerus, qui inde oritur, semper est finitus (§. praece.); ergo si finitum addatur finito, quoties libuerit, aggregatum quoque semper manebit finitum. Ita nuncquam efficiens intellectum finitum ex collectis quotcumque intelligentiis finitis.

Coroll. 1. Cum multiplicatio sit iterata additio, ut norunt arithmeticci, etiam si finitum per finitum quotiescumque multiplicetur, factum semper finitum erit.

Coroll. 2. Infinitum est immensus, sed mensurari nequit (§. 69.), neque finitum potest esse pars aliquota infiniti (§. 266.); denique universalis finiti ad infinitum nulla est proportio.

EXTENSUM REALE INFINITUM REPUGNAT.

CXXI. Extensem realē infinitum esse nequit. Si extensem quoddam realē infinitum existaret, existaret numerus partium realium actu infinitus; sed hoc repugnat (§. 219.); ergo extensem realē infinitum esse nequit.

Coroll. 1. Cum spatium realē sit extensem realē, spatium realē infinitum repugnat.

Coroll. 2. Limes extensi est figura (§. 189.); igitur quodvis extensem realē figuram quamdam habeat, necesse est, quod item verum est de omni ente composito (conf. §. cit. coroll. 1.).

Coroll. 3. Cum divisio partes non officiat, sed praeserigat, divisio infinita ponit numerum partium realium actu infinitum; patet igitur nullum ens compositionis esse in infinitum divisibile. En novum argumentum pro existentia entium simplicium.

Schol. Laudatus supra Moshemius (Loc. cit.) impossibilitatem extensi realis, seu ut ille quidem sit, materiae infinitae, sic demon-

strat. Non negabunt, qui materiam esse volant infinitam a Deo conditam, posse Deum, qui est incredibili potentia, et virtute, huic infinitas materie demere aliquid, et detrahere, aut parte eius aliquam in nihilum redigere. — Hoc autem si Deus facere potest, nonne extremitas in illa sit materia, quam infinitam tantisper vocamus necesse est? unde enim pars quedam demini, ut abradi potest, id extremum quoddam habeat, oportet; quod si careat, ne ipsa guidem infinita potentia afferre aliquid inde valet. Quod extremi autem aliquid habet, aut quod parte quadam extrema potest privari, id infinitum nemo dixerit. — Finge Deum partem illam, quam admetit materia, quod reddere illi, et restituere; quid riu*m* scilicet nra materia, qua finita facta fuerat, postquam demini illi fuerat portio, infinita evadet iterum addita illa pars? — Finita est sine controversia illi portio, ergo si ad materiam, unde sublata est, adjudicatur denuo, finita quoque manebat. — Hoc vero si deducis, nonne ipsam materiam finitam esse statim simul largendum erit? duo namque habemus finita: partem finitam a toto suo secretam, et totum finitum, quod parte sui quadam privatum est. Haec duo finita conjugantur, et sociantur a Deo. Hanc ergo duorum finitorum conjunctionem non putas infinitum efficere? materiam, qua finiti fuerat, infinitum fieri adiunctione particulae finitiae arbitris? etc. etc.

NEC MINUS TEMPUS REALE.

CXXII. Tempus reale infinitum esse nequit. Si tempus reale esset infinitum, infinita jam momenta actu transiissent, ac proinde daretur numerus actuorum infinitus; sed hoc repugnat (§. 219.); ergo tempus reale infinitum esse nequit.

Schol. Ex eo, quod res in serie continuae succidentes sine fine existere possint, infinitas temporis nequaquam fuit; nam ut illud sit vere infinitum, necesse est, ut tam initio, quam fine careat; at vero neutro caret tempus reale, non fine, quodsi enim momentum praesens terminal tempus praeterlapsum; non initio, nam secus momentum elapsorum iam extaret numerus infinitus, et hinc quidem per supervenientia momenta semper augendus, quod alienum est absurdum (§. 218. cor.).

QUID ENS INFINITUM, ET FINITUM?

CXXIII. Quidquid est, vel finitum est, vel infinitum (§. 40. cor. 2.); igitur et essentia eius vel finita est, vel infinita. Ens infinitum, vobis, quod habet essentiam infinitam: ens finitum, quod essentiam solum finitum habet.

Coroll. Oppone ens vel est ens infinitum, vel ens finitum.

ENS INFINITUM GAUDET ATTRIBUTIS INFINITIS — ET OMNIBUS REALITATIBUS POSSIBILIBUS — AC PHRONIE ABSOLUTE PERFECTISSIMUM EST.

CXXIV. Quodvis attributum entis infiniti est aequo infinitum,

Quodvis attributum entis infiniti in essentia infinita rationem sufficien-
tiam agnoscit (§. 56. et praece.); sed quod in essentia infinita
ratione sufficientem agnoscit, est aequum infinitum; sicut enim posita
ratione sufficiente ponitur rationem (§. 22.); ita quoque ponit de-
bet rationatum eius intensioni cui ratio ea sufficit, nisi arbitraria, ac
liberarit, quod in casu praesente non obtinet; atque ratio infinita suf-
ficit infinitae intensioni: ergo quodvis attributum entis infiniti est ac-
quum infinitum.

Coroll. 1. Igitur etiamens, cuius vel unicum attributum agnoscitur es-
se infinitum, aequum infinitum est; et ab opposito, quod vel unicum
attributum finitum habet, est ens finitum.

Coroll. 2. Ens in omni linea finitum, vel infinitum tale est in omni li-
nea: inde veteres dixerunt: *finitum non est capax infiniti.*

CCXXV. *Omnis realitates illimitatae sunt attribu-
ta enti infiniti.* Ideo quodvis attributum entis infiniti est infinitum;
quia eius essentia infinita est ratio, quae sufficit infinitae intensioni
cuiusvis attributi (§. praece.); verum eadem essentia infinita, hoc ipso,
quod sit infinita, est ratio, quae sufficit omnibus possibilibus attribu-
tis infiniti, quae aliud esse nequeat, nisi realitates illimitatae (§.
40.); ergo si quodvis attributum entis infiniti est infinitum; etiam
omnes possibilis realitates illimitatae sunt attributa entis infiniti; at-
qui illud est (§. praece.); igitur et hoc.

Schol. Ne quis temere a me dictum putet, attributa entis infiniti no-
possesse nisi realitates illimitatae, non gravabor brevem asserti-
monem adiungere. Attributa generatim sunt affectiones
entis (§. 56.); affectiones porro sunt determinationes entis (§. 49.
cor.); et denique determinantes entis vel realitates sunt, vel de-
fectus (§. 40. cor. 1.); igitur attributa entis infiniti forent defectus,
si non essent realitates; atque hoc vehementer cum ratione pugnat;
neque enim defectus, qui in mera negatione consistit, infinitatis ca-
pax est, neque essentia infinita defectus infiniti, si quis detur, ra-
tionem sufficientem continere potest.

CCXXVI. *Ens infinitum est absolute perfectissimum.* Omnes
possibilis realitates illimitatae sunt attributa entis infiniti (§. praece.);
igitur ens infinitum pollet omnibus possibilibus realitatibus absolu-
tis; sed id genus ens est absolute perfectissimum (§. 93. sch. n. 3.);
ergo ens infinitum est absolute perfectissimum.

Coroll. 1. In ens infinitum nullus cadit defectus, nulla imperfectio seu
contraria, seu remota (§. 83. sch.), quodque his laborat; ens fi-
nitum est.

Coroll. 2. In ente infinito omnia actu insunt, quae insesse possunt; con-
traria obtinet in ente finito; unde hoc semper aliud perfectius
dari potest.

Schol. Patet igitur, quid de potestate vocabulorum *finitus*, et *infinitus*
statueri oporteat. Mosheimus in Codworthum duplicem ipsius
significationem subesse docet, grammaticam alteram philosophi-
cam (Syst. intell. c. 3. t. 1. §. 24. n. 2. p. 773.); eam ipsa verbo-

rum potestate, et notione; hanc explicatione illius naturae, cui
vae voces sint propriae, constitutu. Quod si igitur vocabula haec
infinitum, et *finitum* grammaticae spectentur, illud vim negantem
hoc affirmare habet; infinitum enim proprie notat id, quod si-
gnificat, finitum, quod finibus adstringitur. Philosophis vero
infinitum idem sonat, quod natura perfectissima, ac numeris omni-
bus absoluta; ubi contra finita ab ipsis dicuntur, quae a perfec-
tione summa distant, qua ratione *infinitum* sensum positivum;
finitum autem negativum continet. Cum itaque posito ente infinito
ponatur summa perfectio, quae possibilis est, evidens est, conce-
pcionem infiniti, quo philosophus ens infinitum cogitat, nequaquam
negativum, sed omnino positivum esse.

PERFECTIOES FINITORUM INSUNT IN ENTIS INFINITO -- ALIAS
FORMALITES, ALIAS EMINENTES.

CCXXVII. *Omnis perfectio, quae enti cuiuscumque finito com-
petit, eni infinita tribuenda est.* Omnis perfectio, quao enti cui-
cumque finito competit, est quaedam realitas (§. 87. cor.) limitata
(§. 224. cor. 2.); et omnis realitas limitata possibilis quoque est ut
illimitata (§. 24. cor. 2.); sed enti infinito omnis possibilis realitas
illimitata tribuenda est (§. 225.); ergo omnis perfectio, quae enti
cuiuscumque finito competit, esth infinito tribuenda est.

Coroll. 1. Eadem igitur perfectiones, quae entibus cum limite conve-
nuunt, insunt in ente infinito sine limite.

Schol. Interca tamen discripnum quoddam inter perfectioes entium
finitorum notandum venit, quo fit, ut aliae formaliter, aliae eminen-
ter in ente infinito insesse dicantur, id quod verbis Boehmii illa-
strabo (Ontol. sect. 2. c. 3. §. 290.); si cuidam realitatem in fini-
to sovbie ita inhaerent limes, ut his salvo illius conceptu for-
malis, unde denominatur, abesse nequeat; tam realitas ista,
quatenus eo nomine comprehenditur, infinito enti adscribi non
potest. Quoniam tamen omnis realitas, quoque sub limite
nunc concipiatur, sine limite possibilis est, et ita in finito com-
petit, illa realitas etiamen seposito nomine sine limite possibilis,
et sine limite insere, et haec ipsa deinde realitas poste-
rior illimitata, quae finito est, appellatur quidem adhuc illius
realitatis prioris limitatae, quae finito insere, nomine, sed
mutato tantum per omittendis in hac realitate pro limite sub-
stitutionem ejus significatur, et hinc cum addito per eminentiam. Tam subiectum exemplum a facultate imaginandi petitum:
denique addit: istae perfectioes finitorum, quibus videlicet definitionis
limes insere, sive quae enti infinito non formaliter, sed per emi-
nentiam tribuenda, dicuntur stilo scolasticorum secundum
quid tales, stilo recentiorum respectively: absolute rero vel sim-
pliciter, tales quarum conceptus non involvit limitem.

ENS INFINITUM EST INDEPENDENS.

CCXXVIII. *Ens infinitum est prorsus independens ab omni
Storehenau Metaph. Lib. I.* 9

alio. Cdm omnis dependentia in impossibilitate determinationis si ne also consistat (§. 60); dependentiam generalim non est realitas, sed defectus; atqui in ente infinito nullus defectus locum habet (§. 226. cor.); ergo ens infinitum est absolute independens ab omni alio.

Coroll. Si igitur ens infinitum existat, illud quoad existentiam ab alio non penderit.

Schol. Intelligo dependentiam internam, quae a determinationibus internis proficiuntur, quaeque sola vero sensu dependens est: non enim repugnat, ut infinito enti relationes competant.

ENS INFINITUM EST ENS NECESSARIUM.

CCXXXIX. *Ens infinitum est ens necessarium.* Ens infinitum vel est ens necessarium, vel ens contingens (§. 104. cor. 1.); sed ens infinitum nequit esse ens contingens; omne quippe contingens penderit in existendo ab alio (§. 107.); infinitum autem a nullo (§. praece.); ergo ens infinitum est ens necessarium.

Coroll. 1. Nullum ens contingens est ens infinitum, ac proinde etiam omne ens contingens est ens finitum.

Coroll. 2. *Ens infinitum est ens a se* (§. 104. cor.).

ENS FINITUM EST ENS CONTINGENS.

CCXXX. *Omne ens finitum est ens contingens.* Omne ens finitum vel est contingens, vel ens necessarium (§. 104. cor. 1.), sed nullum ens finitum potest esse necessarium; necessitas quippe ad existendum est realitas absque defectu, sive illimitata (§. 40), ac proinde attributum infinitum, quale enti non competit (§. 224. cor. 1. et 2.); ergo omne ens finitum est ens contingens.

Coroll. Igitur ens necessarium non est ens finitum; hocque est ens ab alio (§. 104. cor. 1.).

ENS NECESSARIUM EST ENS INFINITUM.

CCXXXI. *Ens necessarium est ens infinitum.* Ens necessarium vel est ens finitum, vel ens infinitum (§. 243. cor.); sed ens necessarium non est ens finitum (§. praece. cor.); ergo ens necessarium est ens infinitum.

Schol. Cum igitur omnes haec enunciations: *ens infinitum est ens necessarium;* *ens necessarium est ens infinitum;* *omne ens finitum est ens contingens;* *omne ens contingens est ens finitum,* veras sint, evidens est omnia ea, quae supra de ente necessario, et contingente demonstrata fuerint, ac ens quoque infinitum, et finitum pertinere: quare necesse non est ut in iungitione proprietatum entis infiniti longior sim. Aliquas tamen nominatio in notione entis infiniti adhuc explicata deducere hanc parum proderit.

ENS INFINITUM CARET MODIS — ESS ENS IMMUTABILIS — AC SIMPLEX, ET POSSIBILE — QUA ET ACTU EXISTIT — SED UNICUM.

CCXXXII. *Ens infinitum caret modis proprie dictis.* Quod interne ab alio non penderit, id caret omni determinatione interna, quae sine alio possibilis non est (§. 60.); sed quivis modus proprie dictus est determinatio interna, quae sine alio possibilis non est (§. 56. 22.); ergo quod interne ab alio non penderit, caret modis proprie dictis; atqui ens infinitum interne ab alio non penderit (§. 228.); ergo ens infinitum caret modis proprie dictis.

Coroll. Quod igitur modus proprios admittit, est ens infinitum.

CCXXXIII. *Ens infinitum est ens immutabile.* Ens, quod omnia acta simul habet, quae in ipso inesse possunt, non potest quod statum internum mutari, estque adeo ens immutabile (§. 119.); sed ens infinitum omnia acta simul habet, quae in ipso inesse possunt (§. 226. cor. 2.); ergo ens infinitum est ens immutabile.

Coroll. Cum in ente finito non omnia simul insint, quae in ipso inesse possunt, omne ens finitum est ens mutabile; quia porro soli modi in ente variari possunt (§. 124. cor. 2.), omne ens finitum modum capax est.

CCXXXIV. *Infinitum est ens simplex.* Cum omne ens compositum sit extensum (§. 88. cor. 1.), etiam ens infinitum, si esset ens compositum, foret extensum, et quidem infinitum, cum omnia attributa eius infiniti sint infinita (§. 224.); sed extensio infinita repugnat (§. 221.); ergo repugnat, ut ens infinitum sit ens compositum; necesse igitur est, ut sit ens simplex (§. 220. cor. 1.).

Coroll. Omne ens compositum, vel extensum est ens finitum.

CCXXXV. *Ens infinitum est possibile.* Attributa essentialia entis infiniti sunt omnes possibles realitates illimitatae (§. 225.); sed omnes possibles realitates illimitatae sibi non opponuntur (§. 43.); igitur attributa essentialia entis infiniti sibi non opponuntur; sed ens, cuius essentialia attributa sibi non opponuntur, est possibile (§. 29.); igitur ens infinitum est possibile.

CCXXXVI. *Ens infinitum actu existit.* Cum ens infinitum sit possibile (§. praece.), necesse est, ut sit vel actualis, vel nudum possibile (§. 50. cor. 1.); sed hoc esse nequit. Sit enim vero ens infinitum nudum possibile: poterit illud producere; igitur vel a se, vel ab alio; non primum: nihil enim producere se ipsum (§. 152.); non alterum: penderit enim in existendo ab alio, quod pugnat cum notione entis infiniti (§. 228. cor.); restat igitur, ut ens infinitum sit possibile actualis, seu quod idem sonat, ut ens infinitum actu existat.

Coroll. 1. Igitur ens infinitum numquam potest esse nude possibile: sed sola ipsius essentia possibilis determinat ejus existentiam actualem; seu ens infinitum existit hoc ipso, quod sit possibile: quemadmodum supra (§. 104. cor. 2.) de ente necessario dictum est.

Coroll. 2. Cum possibilis entium nec finem, nec initium admittat,

atque adeo aeterna sit; sequitur existentiam quoque entis infiniti aeternam esse.

CXXXVII. Si duo entia infinita existunt, existunt hoc ipso entia infinita numero infinito. Si duo entia infinita existunt hoc ipso, duo entia infinita possibilia sunt (*§. 50.*), sed si duo entia infinita possibilia sunt, sunt hoc ipso entia infinita numero infinito possibilia; nam natura, quae per binarium multiplicari potest, nihil in se continet, quod ejus multiplicacioni obstet, ac proinde, per quemvis alium numerum sine fine multiplicari potest: ergo si duo entia infinita existunt, hoc ipso entia infinita numero infinito possibilia sunt atque si entia infinita numero infinito possibilia sunt, hoc ipso entia infinita numero infinito existunt (*§. praece. cor. i.*). Igitur si duo entia infinita existunt, existunt hoc ipso entia infinita numero infinito.

CXXXVIII. Duo entia infinita existerent nequeunt. Exstant enim vero duo entia infinita, existenti itaque hoc ipso entia infinita numero infinito (*§. praece.*); atque hoc vehementer absurdum est; praterquam enim quod numerus realis infinitus repugnat (*§. 219.*), ne unius quidem maxime superstosorum idololatriarum eo insipias pervenit, ut Deos, id est entia infinita numero infinito existere posset: ergo duo entia infinita existere nequeunt (*conf. §. 114. sch.*).

Coroll. Existit igitur ens infinitum, necessarium, aeternum, independens, perfectissimum, ac unicum; Deus denique, cuius honoris primus institutionum metaphysicarum liber dicatus sit.

Finis Ontologiae.

L I B R E R II. C O S M O L O G I A M.

P R O L E G O M E N O N .

Q U I D C O S M O L O G I A M ?

I. **C**osmologia notiones generales, que huic, aliisque mundis possibilibus competunt, examinat (*om. §. 2.*): recte igitur scientia mundi in genere appellatur. Notiones porro has a mundo hoc praesente abstractandas esse per se manifestum est.

Q U A E ILLUS P A R T E S ?

II. Quae huic mundo convenient, ac in metaphysica attentionem merentur, vel ad illius existentiam, vel ad perfectionem, vel ad naturam, ejusque leges pertinent. In tres igitur sectiones tota haec per tractatio congrue distributur.

S chol. Prima doctrinam de mundo in artis formam redagit, et systemati metaphysico inseruit *Cristianus Wolfus*; quam ob rem ipse se in sua ad cosmologiam praefatione satis dilaudat. Quod autem ad utilitatem haec ex disciplina huiusmodi attinet: ex omnium facile principis est, quod per illam in claram potentissimi juxta, et sapientissimi Conditoris cognitionem deducamus, qui omnis philosophiae finis est nobilissimus.

S E C T I O I .

D E M U N D I E X I S T E N T I A .

Q U A E H U I J U S S E C T I O N I S S U M M A ?

III. Cum de existentia mundi disserendum est, res ipsa postulat, ut primum nonnullis de ejus notione generatim praemissis, inquiramus, quanam ipsis ratione existentiam obtinuerit: tum utrum fato eidem subjiciatur cum ipse, tum res mundanae: denique cum praecipuis mundi, de quo agimus, partes corpora constituant, generales eorum proprietates, et ex quibus eadem coalescant, elementa investiganda veniant. Et totius sectionis summa:

S chol. De mundo nempe corporeo solum, sive materiali in hac metaphysicis partes tractandum est: quod ad substantias spirituales quae mundum, ut ajunt, intelligibilem consistunt, attinet, eorum performatio proprium in psychologia locum habet.